



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia**

Ab anno MCLXXXI. ad annum MCCCXIV.

**Parisiis, 1644**

XI. De tonsura & veste clericorum.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-15974**

tiam reuocamus, terminum eis peremptorium festum purificationis beatæ Mariæ virginis ventrum proximo assignantes, omnibus & singulis licentiis pro dissimulanda eorum absentia ipsis datis penitus reuocatis; salua nobis auctoritate dandilicentiam iis quibus visum fuerit expedire. Quod si præmissa contempserint aut neglexerint adimplere, & tunc ipsos a perceptione fructuum & administratione temporalium suspendimus, & volumus remanere suspensos: quod si temere se ingesserint, priuati sint beneficiis ipso iure: fructus autem per locorum archidiaconos in utilitatem illius ecclesiæ conuertantur; salua vicarii sufficienti & debita portione.

## IX.

Rebtores  
ecclesiæ  
ordines re-  
quitos re-  
cipiant.

Eisdem insuper ecclesiæ rectoribus præcipimus, vt ad ordinem quem beneficii sui cura requirit se faciant ordinari infra tempus a Canone institutum; alioquin quod de non residentibus est prædictum, circa fructus non percipiendos & priuationem beneficij intelligi volumus in eisdem.

## X.

In beneficiis vero, quibus licet per vicarios deferuire, volumus sic seruari, vt viri idonei loci episcopo præsententur, qui per se vel per alias ipsos in huiusmodi vicariis perpetuet, & sufficientem suis necessitatibus de ecclesiæ redditibus eis constituat portionem: alioquin singuli episcopi per suas diœceses elapso trimestri tempore prudere curabunt.

## XI.

Clerici co-  
mam non  
nutriant.

Edicto perpetuo prohibemus, ne clerici co-

ANNO CHRISTI  
1574.

mam nutrient, maxime sacerdotes qui taliter tondeantur, ut pateant eis aures. Ceteri inferioris ordinis clerici in tonsura non multum discrepent ab eisdem, coronam & desuper congruentem habent. Vesteras non deferant nisi clausas, quas omnimodo prohibemus a latere aperiri. Argentatis aut quocumque metallo ordinatis cingulis, fibulis, nodulis, in manicis & capitiis non vtantur, sed nec procedant in publicum \* circumcincti ueste suprema. In pileis suffurraturas non habeant, nisi forte de nigro cenlato, vel panno, aut nigra pelle \* aguna. Caudata pilea districtissime prohibemus.

Vesteras clausas deferat.

Quales ex elli debet.

\* forte nī  
scircum-  
cincti

\* forte  
sgnina.

### XII.

Clericus non viator in sacris ordinibus constitutus, aut monachus, vel canonicus regularis, si tabernam intrauerit sine causa evidenti rationabili & honesta, ibique bibens aut comedens, aut in vicino loco seruienti tabernæ, vel alias publico, aliquantulam moram traxerit, ab officio sit suspensus, donec vnum diem in pane & aqua ieiunet; si ibidem luserit ad aleas vel taxillos, ab officio sit suspensus, donec duos dies in pane & aqua ieiunet. Sed in his tertio deprehensus consuetudinem non amittat, aut si suspensus ingesserit se diuinis, per sententiam episcopi priuetur beneficio, si quod habet; si non habet, pro episcopi arbitrio puniatur.

Clerici non  
viatores ta-  
bernas ne  
ingredian-  
tur.

### XIII.

Sacerdos, qui excommunicatione aut officii suspensione ligatus animo indurato præsumperit

Clericus  
excommu-  
nicatus fa-  
cta profa-

Concil. Tom. 28.

Ffff ij